

De tragicorum graecorum casibus absolutis qui dicuntur.

Cum ante hos quinque fere annos dissertationem meam de anacoluthis Sophocleis ederem, animum induxeram fines huius commentationis longius ac primum quidem ad Aeschylum et Euripidem proferre. Nunc studia illa uariis officiis intermissa renoco eorumque specimen de tragicorum graecorum casibus absolutis qui dicuntur hic propono¹⁾.

Rationem qua in dissertatione ad quaestionem tractandam ingressus sum, ut unoquoque loco, qui quidem dubitationes mouisset, de re critica et exegetica paucis dissererem, seruandam esse putavi. Nam hoc modo lector quasi uno in conspectu uidere poterit, quibus locis vel superioribus vel recensionibus temporibus interpres offenderint atque intelleget saepe ab iis locos esse uexatos, quos alias similibus collatis non causa est eur mutemus.

Fuit tempus, quo easus absoluti grammaticis commodo erant perfugio periculumque instabat, ne linguae illegitima multa ac paene absurdula obtruderentur. Tunc enim si quem easum inuenierant, qui sueta ratione explicari non poterat, absolutum vocabant, absolutum eum esse rati a nexus eius sententiae, ad quam proprie pertinebat, quasi in lingua, quae ex cogitandi legibus tota est suspensa, ea proferri possent coniuncta, quae inter se non continentur. Qua de causa iam Hernannus suspectam habuit hanc rationem, quam in explicando accusatiuo adhibitam uidit: 'nereor, inquit, ne appellatio (sc. aec. abs.) nihil sit nisi perfugium, quod consequentur qui quomodo rem expediant non inneniant'.²⁾

Profecto ei qui ita statuebant rem non tam expediebant quam impediebant, quia unde usus easum absolutorum profectus quaque ratione excusandus sit nemo aut exposuit aut exponere potuit. Itaque quo rectius notionem et vim singulorum easum cognoverunt grammatici, eo magis ab illa sententia desciuerunt. Sic genitium qui absolutus vocatur nemo iam vere absolutum esse indicat neque de dativo et accusatiuo restat dubitatio; nomina tantum absolutorum retinentur.

1) Cf. praeter grammaticas Herm. ad Uig. p. 769. 876. 881 seq. Wannowski synt. anom. Graec. pars de constr. quae dicitur absol. deque anacoluthis huc pertinentibus. Lips. 1835 (recensetur hic liber in ann. litt. 1836, 43 et 44). Geisler. diss. de Graecorum nominativis quos vocant absolutis. Urat. 1845. Wentzel diss. de genitivis et dativis Graecorum quos absolutus vocant Urat. 1828 et progr. gymn. Glog. 1857 quod inscribitur: Ueber den sogenannten Nominativ der Partizipialkonstruktion.

2) in museo antiquitatis V p. 126.

Difficilis est de nominativo absoluto certum ferre iudicium, cuius talis qualis casum obliquorum cum sententia primaria coniunctio cogitari nequit, quare fit ut plerique uere absolutum eum esse existiment. Contra Wentzelius uia ac ratione demonstrare studet nominativum quoque semper ex propria sua significatione esse positum, ut casus subiecti sit. Quod quidem in iis exemplis, quibus in appositione inuenitur, manifestum est, ut Arist. nesp. 47 seq. οὐκον ἐσεῖν ἀλλότορ, δὲ Θέωφος κόραξ γιγνόμενος Soph. Ant. 1644 seq. εἰδὼς ὅτι ψυχὸν παραγνάλιον τοῦτο γίγνεται, γνήν ποιῆσαι ξύνεννος ἐν δόμοις¹⁾. Sed aliis locis quaestio implicata est, ut Her. VII 157 ἀλλὶς μὲν γέροντέν την πᾶσα ή Ἑλλὰς, χειρὶ μεγάλῃ συνάγεται, ubi genitium participii expectamus. Wentzelius ita argumentatur: ut in iudiciis hypotheticis protasis quodammodo subiectum sit apodoseos, neque si cogitationem solam amplectamur, quidquam aliud habeamus nisi subiectum et praedictum (utrumque integro enuntiatu indicatum), sic nominativum absolutum subiectum in sequentis sententiae iudicandum esse. Atque differre nominativum a genitio in eo, quod ille admittatur, si uis protaseos maior sit quam apodoseos, hic adhibeatur, si in apodosi maior uis posita sit. Haec et quae alia uir doctus disputat, ingeniosa sunt, sed grammaticam difficultatem haudquaquam tollunt, nam ut oratio formatur, id quod subiectum totius sententiae esse debet, non iam est, cum in sequentia in integrum enuntiatum abeant.

Sic grauissima nota digni sunt hi uersus Aesch. Choeph. 1059 seq., ubi chorus Oresti τίς οὐτοι καθαριμός. Λοξῖον δὲ προοθηγὸν | οὐενθερόν σε τῶνδε πημάτων κτίσει. Poeta cum Appolinem auctorem salutis fore disertius indicare uoluerit, subiectum mutauit, constructionem igitur, quam initio sibi proposuit, ad finem non perduxit, sed aliam intulit²⁾.

Similis licentia structurae obsernatur Soph. Oed. C. 1239 seqq. ἐν φῷ τλάμων ὄδ', οὐκ ἔγω μόνος | πάντοθεν βόρειος ὡς τις | ἐπτὰ κυματοπλήξ κειμερία κλονεῖται, | ὡς καὶ τόνδε κατ' ἄρσας | δευταὶ κυματοσείς | ἀται κλονέονται δεῖ ξνοδοσι, — comparatione interiecta initii impatiens, ut ita dicam, poeta nominativum illum destituit.³⁾ Nauckius ad hunc locum contulit Hom. II. IV 433 seqq. Τρῶες δ', ὡστ' διες πολυπάνους ἐνδός ἐν αὐτῇ | μνησατε τοτίκεσιν ἀμελγόμεναι γάλα λευκόν, | ὀξηκὲς μεμακνῖαι, ἀκούονται δύτα ἔργιῶν, | ὡς Τρῶοις ἀλεκτῆρος ἐνάτερον εἴδοντες.

Cum hoc nominativu absoluto conferamus quae legimus Soph. Aiac. 770 seq. εἰτα δεύτερον | διας Ἀθένας, ἥγικ' ὀτρόνονά τιν | ηνδάτα' ἵπ' ἐχθροῖς κεῖσα φονίαν τρέπειν, | τότε δεύτεροντες δευτὸν ἄρρητόν τ' ἔπος. Hoc loco scholiastae eniudam interpretationem ἔλεγε κατὰ τῆς Ἀθηνᾶς secuti Neuius Hoffmannus alii genitium ad uerbum ἀντιφερεῖ retulerunt, Lobeckius autem uerebatur, ne ἀντιφερεῖ τινος significatione 'regerendi alicui' insolitum esset, et Schneidewinus recte adnotauit genitium tum iusto longius a uerbo suo remotum esse. Ut omittam quibus aliis rationibus uiri docti hunc locum explicauerint⁴⁾, Hermannus anacoluthon statuit, cum poeta dicere uoluerit διας Ἀθένας, ἥγικ' ὀτρόνε τιν, αὐδωμένης. Quae interpretatio etiam Lobeckio, Wundero, Nauckio probata est. Proponuntur duo Aiakis arrogontiae specimina: unum quod praecepta patris aspernatus est

1) In enumerandis locis poetarum scenciorum graecorum secutus sum editionem G. Dindorf. quintam quae prodiit Lipsiae 1869.

2) de hoc loco postea plura.

3) Minus placet alia explicatio, quam Elmsleius proposuit. Refert enim ad nominatiuos τλάμων ὄδε uerbum κλονεῖται. Tum duplex apodosi statuenda est, quae quidem apud tragicos saepe occurrit, sed tamen nostro loco magis offenderet. Aliis locis protasis media inter apodoses posita est, hic autem in priore apodosi inclusa esset; ibi igitur repetitio habet excusationem, hic ferri nix potest.

4) uide Mehlhorn. gr. gr. § 134 not. 6. Heimsoeth. studd. crit. p. 69.

domo ad bellum proficisci u. 762 seqq., alterum quod Mineruam quae praesens eum incitare uoluit, atrociter compellauit. Respondet igitur u. 770 uersui 763, et si legeretur genitiu[m] participii *αὐδωμένης* prope ad similitudinem illius accederet. Quare mihi et ipsi poeta constructionem, quam initio in animo habuit, deseruisse uidetur.

His breuiter disputatis apparet nominatiuos absolutos qui dieuntur ab anacluthia esse profectos, contra alios casus propria sua notione ac significatione cum sententia esse coniunctos. Praeterea anacluthon his locis statuendum est, quibus participium alio easu propositum est ac nomen ad quod refertur et eius et genus et numerum et easum ex legibus grammaticis induere debet. Hoc nomen sine uerbo expressit sine cogitatione suppleuit poeta, si initii oblitus uel consilio orationis uariandae motus ea quae sequuntur ita formant, ut antecedentibus non respondeant, anacluthon admisit¹⁾. His praemissis ad singulos casus considerandos accedo.

1. De genitiuis.

Ut supra exposui, ea participia segreganda sunt, quorum subiecta in enuntiato primario omnino non inueniuntur, quoniam in his exemplis genitiu[m] propriam suam habet significationem scilicet causae uel condicionis. Ad nostrum propositum ii tantum genitiu[m] particiolorum pertinent, qui ad aliquod nomen enuntiati primarii alio easu indicatum referendi sunt; siue enim subiectum participii omissum est siue uerbo expressum, hand ita leuis anacluthia exsistit.

Huius generis sunt: Aesch. Agam. 968 seq. 1421 seqq. Eum. 772 seqq.

Soph. Trach. 394. 803 seqq.

Eur. Med. 910. Troad. 75 seq. Hel. 56 seqq. Herc. f. 168 seq.

a) Pro nominatiuo genitiu[m] participii positus est

Aesch. Agam. 968 seq. *καὶ σοῦ μολότος δοματῖτιν ἔστια,*

Θάλπος μὲν ἐν χειρῶνι ομμάνεις μολότ.

Libri praebe[n]t *μολών*, pro quo H. Vossius in curis Aesch. p. 26 dedit *μολότ* simulque *ομμάνεις* mutauit in *θεομαίνεις*, Blomf. *ομμάνεις μολότ*, quod in plurimis editionibus legitur. Schneidew. animaduerit pro recto *ἔμολε Θάλπος* cum lepida mutatione sententiae mutatam constructionem intulisse poetam.

b) Pro datiuo genitiu[m] participii positus est.

Aesch. Agam. 1421 seqq. *λέγω δέ οοι τοιαῦτ' ἀπειλεῖν, ὡς παρεσκευασμένης ἐξ τοῦ ὄμοιον ζεψὶ νικήσαντ' ἔμοιος ἀρξεῖν σ'*

Dindorf u. 1422 ut uersum spurium ab Engero notatum seclusit, alii uiri docti cum genitiu[m] *παρεσκευασμένης* aut pro datiuo ad *ἀπειλεῖν* referendo aut pro nominatiuo ad *λέγω* referendo dictus esse possit uideri, aut datum aut nominatiuum proposuerunt. Contra recte Herm. et Weil. negarunt quidquam esse mutandum. Hoe dicit Clytaemnestra: se ad utrumque esse paratam et uictam uictori obtemperare et uictorie uicto imperare, uanas uero chori minas se spernere. Ceterum si quem grauius offendit constructio uerbi *παρεσκευάζεσθαι*, quod, quantum equidem scio, nullo alio loco cum acc. c. inf. coniunctum occurrit, is paucis mutatis fortasse ita uersus nostros constituere potest:

1) Haec anaclutha in latina quoque lingua inueniuntur, ut Caes. b. g. VI 43. b. c. III 21. Cic. Phil. XI 10. ad Att. X 4. Liv. XXXVIII 54. Suet. Tib. 31. Caes. 79.

λέγω δέ οὐι
τοιαῦτ', ἀπειλεῖν ὡς προεκενασμένη
ἐξ τῶν ὄμοιων χειρὶ τυκήσας ἔμοι
ἄρξεις.

Eum. 772 seqq. ὁρθομένων δὲ καὶ πόλιν τῆς Παλλάδος
τιμῶσιν δὲ τὴνδε συμμάχῳ δορὶ¹⁾
αὐτοῖσιν ἡμεῖς ἔμεινεν εὐμετέστεροι.

ὁρθομένος propter sequentes datius Farn. Turn., quod probauerunt Pauw., Heath., Wakef., Schuetz, Both. Hermannus intellegi vult τῶν προσυάτων, eademque est Wellaueri sententia, qui Schwenkio genitium per mutatam constructionem explicanti obiecit talem mutationem hic admitti non posse, quia alterum participium copula *zai* annexum recto easi sequatur. Dindorf. nersus 767—774 unicus inclusit eique Weil. adsentitur. Evidem ad Heimsothii sententiam probandam inclino, qui pro *zai* coniecit *zāv.*²⁾ Sic non iam haerebimus in genitivo ὁρθομένον, quem cum enuntiato condicionali uel temporali eodem iure coniungi posse patet.³⁾ et hac ipsa de causa, quod inter participium et uerbum finitum enuntiatum secundarium intercedit, genitimus pro datiuo positus etiam minus offendit. Tum ὁρθομένων eadem significacione intellegitur, qua Soph. Ant. 675 seq. Eur. Hipp. 247.

Eur. Med. 909 seq. εἰκός γὰρ δογάς θῆκε ποιεῖσθαι γένος
γάμους παρεμπολῶντος ἄλλοιον πόσει.

Musurus in ed. Aldina dedit παρεμπολῶντί γ', contra librorum scripturam, quam et scholiasta agnouit. Nauk., Klotz., Kirchhoff. seruauerunt.

Troad. 75 seq. post uerba Mineriae δέστηρον αὐτοῖς νόστον ἐμβαλεῖν θέλω Neptunus interrogat ἐν γῇ μενόντων ἢ καθ' ἀλυρὸν ἄλλο;

Hel. 56 seqq. θεοῦ τόδ' εἰσίζοντος ἔπος

Ἐμοιν, τὸ κλεινόν μὲν κατοικήσειν πέδον
Σπάρτης δὲν ἀνδρὶ, γνότος, ὡς εἰς Ἰλιον
οὐκ ἥλθον.

Pflugk. hic contulit Hom. h. Cer. 57.

c) Pro accusativo genitium positus est

Soph. Trach. 394 δίδαξον, ὡς ἔρποντος, εἰσορᾶς, ἔμοι.

Reisig. comment. erit. p. 332 dedit ὡς ἔρποντος (εἰσορᾶς) ἔμοι, assentientibus Schaefero et Fritzschio leett. Lucian. p. 96, aduersante Lobeckio ad Aiac. 281. Seidler. ostendere studebat uerba uidendi interdum cum genitivo coniungi.⁴⁾ Hermannus locum ita explicavit: ὡς, ἔρποντος ἔμοι εἰσορᾶς τοῦτο, ἔρποντά με. Diuersa ratione distinguitur, aut commate ante ὡς posito — tum' constructio eadem est atque in Arist. ran. 815, quem locum et Lobeck. contulit, aut imperatiuo a sequentibus separato — tum ὡς ad participium pertinet et hic uersus prorsus conuenit cum Aiac. 281 ὡς ὡδὸς ἔχόντων τῶνδε ἐπισταθεῖ σε χρή, ad quem conferas Oed. r. 848. Oed. C. 1583. Phil. 657.

Trach. 803 seqq. τοσαῦτ' ἐπισκῆψατο, ἐν μέσῳ σκάφει
θέντες οὐρε πρὸς γῆν τὴνδε ἐπέλσαμεν μόλις
βρυζόμενον σπασμοῖσι.

1) in libro qui inscribitur Wiederherstellung der Dr. d. Aesch. p. 59 seq.

2) cf. Eur. Herc. f. 1331 seq. ubi libri θενόντος δ', | εἴτ' ἀν εἰς Ἀιδον μόλις, | θνοῖσαοι λαίνοιοι τ' ἔσογκώμασον | τίμον ἀνέξει πάσοι Ἀθηναίον πόλις.

3) de iis lecis quos attulit vir doctus egerunt Matth. gr. § 349 not 8 et Lobeck. ad Aiac. 281.

Eur. Herc. f. 168 seq. οὐκον τραφέντων τὸνδε τιμωρὸς ἡμοὶ¹⁾
ζογῶ λιπέσθαι τῶν δεδραμένων δίκην.

Hic certe iidem sunt *τραφέντες* οἵδε et *τιμωροί*, cum uero participium *τραφέντων* suum subiectum habeat et *τιμωροί* ex parte tantum *τραφέντων* accipi possint, nemo adhuc ad hos uersus animum attendit.

Locis supra propositis apparebit Graecos genitiis participiorum libenter tum quoque usos esse, cum legitima constructio alium casum postulabat. Apud eos igitur haec anacoluthia latius patet quam apud Romanos,¹⁾ et ut alios omittam, in Homeri carminibus sat multa exempla inueniuntur, ut II. XVI 531. Od. VI 155 seqq. IX 256 seq.

Ceterum non alienum erit a proposito nostro duos locos conferre, quibus genitiuum absolutum et participium recto casu indicatum coniuncta habemus: Soph. Phil. 169 seq. οἰκτείων τινὲς ἔρωγ', ὅπως μή τον κηδομένου βροτῶν μηδὲ ξέντροφον διμή' ἔχων, ubi si concinnitatem seruare noluissest poeta, aut utrumque membrum orationis genitiuo indicandum erat, aut prius quoque participium ad ἔχων referendum. Trach. 291 seq. ἄγασσα, τινὲς οοι τέρψις ἐμφανῆς ωρεῖ, τῶν μὲν παρόντων, τὰ δὲ πεπνομένη λόγῳ, si in utroque membro idem subiectum seruatum esset, sic fere legeretur: τὰ μὲν παρόντ' ἰδούσῃ vel ἔχοντι, τὰ δὲ πεπνομένῃ.²⁾

2. De datiis.

Ii datini participiorum, quorum subiecta in enuntiato primario non continentur, propria huius casus significacione explicari possunt. Sic. Soph. Phil. 33 οτειπτή γε φυλλὰς ὡς ἐνανλίζοντι τῷ genitiis quoque participii loco suo esset, datino autem actiones, quae uerbis οτειπτή et ἐνανλίζειν indicantur, artius inter se coniunguntur.³⁾

Contra anacoluthon inest in his locis: Aesch. Choeph. 414

Soph. Oed. r. 350 seqq.

Eur. Med. 57 seq. Jph. Aul. 491 seq.

a) Pro genitiuo datiuus positus est

Aesch. Choeph. 414 σπλάγχνα δέ μον ζελαινοῦται πρὸς ἔπος κλονόσ

Schuetz. legit μον eumque secuti sunt Herm. Dind. Weil. — μον retinuit Wellauer et profecto hie datiuus participii ad uerbum ζελαινοῦται accommodatus minus offendit quam paulo ante accusatiuus referendus ad datiuum pronominis v. 410. de quo loco postea agemus.

b) Pro accusatiuo datiuus positus est

Soph. Oed. r. 350 seqq. ἐννέπω οε τῷ κιφύγματι

φίπερ προεῖπες ἔμμέτειν, κάρ' ἴμέρος
τῆς τινὲς προσανδᾶν μήτε τούσδε μήτ' ἔμε,
δις ὅντι γῆς τῆσδε ἀνοίω μάστορι.

Hie dictum est ὅντι, quasi ἐννέπω οοι antecedat, cf. Hermanni adnotationem.

1) Inueniri hanc libertatem structurae in ablatiuo absoluto Romanorum testes sint tria exempla Cic. Phil. XI 10. ad Att. X 4. Liv. XXXVIII 54.

2) De participiis uaria constructione coniunctis egit Krueger. § 56, 14 not 2.

3) Datium cum uerbo οτειπτή coniungere quam cum Wentzel. diss. p. 57. per notionem commodi explicare et ad φυλλός referre malo nec scio cur uir doctus hanc rationem interpretandi, quae in promptu erat, aspernatus sit.

Eur. Med. 57 seq. ὥσθ' ἵμερός μὲν ἐπῆλθε γῆ τε κούρανῷ
λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας.

Sie libri, μολοῦσαι superser. in V. et ita C. cum Chr. P. 58. Meinekius fragm. com. IV p. 27. scripsit μοντῆλθε pro μοι ὑπῆλθε dictum, sed iam scholiasta hanc ἐναλλαγὴν τῆς πτώσεως agnouit, et ante illum Philemon ap. Athen. VII p. 288 D locum ita legit, qui quidem Euripidem sine dubio imitatus haec habet ὥσθ' ἵμερος μ' ὑπῆλθε γῆ τε κούρανῷ λέξαι μολόντι τοῦφον ὡς ἔστενόσσα.

Iph. Aul. 491 seq. ἄλλως τέ μὲν τῆς τακτιώδους κόρης
ἐπῆλθε, συγγένειας ἐννοουμένῳ.

Ascripserit fortasse quispiam numero horum exemplorum Eur. El. 936 seq. ἐπίομα γὰρ
γῆμαντι καὶ μεῖζῳ λέζῃ | τάνδρος μὲν οὐδεὶς, τῶν δὲ θηλειῶν λόγος, nisi forte datium participii e
noce ἐπίομα pendentem intellegere maluerit.

Ceterum cf. Hom. Od. XVII 554 seq. XXIII 205 seq. Il. X 187 seq. XIV 139 seqq.

3. De accusatiis.

Usus accusatiui in lingua graeca latius patet, nam non solum obiecti locum obtinet, sed etiam saepenumero ad enuntiatum accedens id indicat, quod actione uerbi efficitur. Sed de hoc genere appositionis postea plura, nunc id tantum statuimus tales locos qualis Eur. Or. 1105 'Ελένην
κτάνομεν, Μεγέλειον λύπην πικρόν in numero easum absolutorum non esse referendos. At ne ea quidem exempla, in quibus accusatius participii ad alium easum enuntiati primarii refertur, omnia anacoluthon continent. Leuior enim est haec mutatio constructionis, cum e uerbo enuntiati primarii infinitius pendet, quia tum accusatius, ut ita dicam, natura infinitiu excusat, qui hunc easum sibi requirit. Cuius generis exempla et apud solitae orationis scriptores inueniuntur ut Thuc. VII 20. Quare fiebat, ut etsi codices rectum easum exhibebant, accusatiuum editores inferrent.

Sic Aesch. Prom. 216 seqq. χράτιστα δή μοι τὸν παρεστώτων τότε | ἐφαίνετ' εἶναι προσλαβόντα μητέρα | ἐξόνθ' ἐξόντι Ζηρὶ ουμπαρεστατεῖν pro dativo plurimorum librorum ex nonnullis προσλαβόντα Brunckius restituit, quod in omnibus editionibus receptum est.

Agam. 341. seq. ἔρως δὲ μή τις πρότερον ἐρπίπτοι στρατῷ | πορθεῖν ἂν μὴ χοή, κέρδεσιν τινωμένους. Agam. 923 seq. ἐν ποικίλοις δὲ θητήτων ὅντα κάλλεσιν | βαίνεται ἔρωι μὲν σύδαιμως ἀνεν φόβον. Agam. 1055 seq. οὖτοι θυσίαιν τῆράνθειοι σοζοῦ πάσα | τρίβειν, ubi Musgrav. emendauit τῆρά pro τῆρο, neque opus est conjectura Wieseleri σοζοῦν, in quam Weilius quoque incidit. Choeph. 704 seqq. πρὸς δυοεβδεῖας δὴν ἔρωι τόδε ἐν φρεσοῖς, | τοιόνδε πρᾶγμα μὴ κερανώσαι γίλοις | κατανέσσαται καὶ κατεξενωμένον. Eum. 867 seqq. τουανθ' ἐλέσθαισι πάρεστιν ἐξ ἔρων, | εὐδρόσσαν, εὐ πάσονοσαν, εὐ τιμωμένην | χώρας μετασχεῖν τῆσδε θεομιλεστάτης. Comparandi sunt eiusdem fabulae nn. 890 seq., ubi datiuus participii antecedenti pronomini recte respondet.

Soph. Aiac. 1006 seq. ποὶ γέρ μολεῖν μοι δινετόν, ἐς ποιοὺς βροτοὺς | τοῖς οοῖς ἀρήξαντ' ἐν πόνοισι μηδεμον; non erat causa, eur. Elmsl. ad. Eur. Heracl. 693 et ad Soph. Oed. C. 1435 μολεῖν με praeferret, quod apud Suidam s. u. ποὶ legitur. Electr. 959 seqq. ὃ πάρεστι μὲν στένειν | πλούτου πατρόφου κτήσιν ἐστερημένη, | πάρεστι δὲλκεῖν ἐς τοούρδε τοῦ χρόνου | ἀλεκτρος γηράσσονοσα ἀνυμέναια τε — ut hoc loco, ita Eur. Med. 1236 seqq. alterum participium datiuo alterum accusatiuo indicateum est: δέδοσται τοῦρογον ὡς τάλιστά μοι | παῖδες πτανοῦσι τῆσδε ἀφορμάσθαι χθονός, | καὶ μὴ σοζοῦν ἀγοναστ ἐκδουνται τέντα. Oed. C. 87 seqq. ὃς μοι — ἐλεξεν — ἐλθόντι — ἐνταῦθα καμψειν τὸν τακτιώδογον βίον, κέρδη μὲν οἰνισσατε τοῖς δεδεγμένοις.

Eur. Med. 659 seqq. ἀχάριστος δλοιθ' ὅτω πάρεστι | μὴ φίλους τιμῶν καθαρὰν ἄνοι | ξεντα
κλῆδα φρενῶν. 743 seq. ἵμοι τε γάρ τάδ' ἔστιν ἀσφαλέστατα, | οὐκέπιν τιν' ἐζηροῖς σοὶς ἔχοντα
δευτεῖναι — 814 seq. οοὶ δὲ συγγνώμη λέγειν | τάδ' ἔστι, μὴ πάσοντας ὡς ἔγω κακός. 886 seq.
ἢ χρῆν μετεῖναι τόνθε τῶν βουλευμάτων | καὶ ξυμπεραινεῖν καὶ παρεστάναι λέξει | νύμφητε
κηδεύοντας ἥδεσθαι σέθει. Hie eum Klotzio κηδεύοντα ad Medeam loquentem refero et νύμφη
objēctum uerbi κηδεύειν intellego, ut haec sententia euadat: quam cum laetitia sponsam tuam colere
oporebat. Electr. 1250 seq. οὐ γάρ ἔστι σοι πόλιν | τήνδ' ἐμβατεύειν, μητέρα κτείναντα σήν.

Haec igitur quae protuli exempla minus offendunt, contra cum infinitiuo non intercedente casus
mutatur, eandem anacoluthiam habemus, quam supra in genitiuo et dativo statuimus. Quare caue,
ne haec duo diuersa genera confundas, quae non satis accurate distinxerunt componendo dispara
exempla Elmsl. ad Heracl. 693 et Matth. ad Med. 58.

Anacoluthiae illius exempla inueni haec: Aesch. Pers. 913 seq. Agam. 646 seqq. Choeph.
410. 749—763. Eum. 688 seqq.

Soph. Ant. 1001 seq. Oed. C. 1435 seq. El. 479
seqq. fragm. 515.

Eur. Heraclid. 693. Herc. f. 58 seqq. Iph. Aul.
900 seq.

Longiore sententia interiecta constructio mutatur Aesch. Choeph. 749—763; hic nutrix exor
ditur uerbis φίλοι δ' Ὁρέστην, tum uero curas suas nutritorias singulatim ita persequitur, ut u. 763
deum eo, unde profecta est, se renocans sententiam alia structura pronuntiet τεθνηκότος δὲ τὸν
τάλαντα πενθοῦσα. Cf. et ea quae Hermannus ad u. 738 sua editionis adnotauit. Similis est Eum.
688 seqq., ubi initio sententiae posita sunt πάγοι δ' Ἀρετον τόνθε, Ἀμαζόνων ἕδραν σωγράς
et aliis interiectis Minerua pergit ἐν δὲ τῷ sc. πάγῳ. Eodem modo Agam. 646 seqq. praemissio
participio πωτήσων δὲ πραγμάτων εὐάγγελον ἤκοντα πρὸς χαίρουσαν εὐεστοῖ πόλιν ea quae
sequuntur non respondent, immo uero nominatiuum requirunt. Poeta orationem instituit, quasi
dicturus οὐ χρή με κεδνὰ τοῖς κακοῖσι συμμῖξαι, postea autem formam interrogationis praetulit:
πῶς κεδνὰ τοῖς κακοῖσι συμμῖξο —;

Coniunctos tres inter se simillimos locos propono Aesch. Pers. 913 seq.

λένται γάρ ἴμοι γύνων δώμη

τήνδ' ἡλικίαν ἐσιδόντ' ἀστῶν, ubi Schuetz. pro ἴμων restituit ἴμοι.

Choeph. 410 πέπαλται δ' αὐτέ μοι

φίλον κέρο τόνθε κλένονσαν οἴκτον.

Soph. El. 479 seq. ὑπεστὶ μοι θράσσος, ὀδυπτών κλένονσαν

ἀρτίως ὀνειράτων.

Nunc dicendum est de loco Sophocleo ualde uexato Oed. C. 1435 seq.

σφῶν δ' εὐ διδοίη Ζεὺς, τάδ' εἰ τελεῖτε μοι

Θανόντ', ἐπεὶ οὖ μοι ζῶντί γ' αὐθίς ἔξετον.

εὐ διδοίη pro εὐδοίη, quod libri exhibent, inde a Burgesio legitur neque dubitandum erit de
τελεῖτε μοι. Reisig. Θανόντ' datiuum intellegens argumentum ex sequentibus petiuit ἐπεὶ οὖ μοι
ζῶντι, sed iam Elmsl. accusatiuum agnouit itemque Herm., qui ante Θενόντ' unum uersum excidisse
putauit, in quo tale quid dictum fuerit: τιμῆς με πρὸς ορφών τῆς προσηρούσης τυχεῖν.

Nauck., Meinek., Dindorf. u. 1436 ab interpolatore illatum esse indicauerunt; qui si in
sententia uersus offendunt, uerba illa ἐπεὶ οὖ μοι ζῶντί γ' αὐθίς ἔξετον sc. τελεῖν addita quidem sunt
pleonasmō quodam, at non alieno ab incitata oratione desperantis et quo fata uocant ruentis Polynieis.

Rarius apud Euripidem exempla huius generis occurunt.

Heracl. 693 ὡς μὴ μενόντα τέλλασσι λέγειν πάρος, quem locum Pflugk. recte interpretatus est. Ad accusatum Euripides in appositione transit Herc. f. 58 seqq.

τοιοῦτον ἀνθρώπουσιν ή δυσπραξία,
ἥς μήποθ' ὅστις καὶ μέσως εὔνους ἔμοι,
τύχοι, φίλοι ἐλεγχοῖς ἀφενδέσσατον.

Denique tres locos huc refero, quibus poeta magis ad sententiam quam ad formam antecedentium constructionem participii accommodauit:

Soph. Ant. 1001 seq. ἄγνωτος ἀνοίκος φεύγοντος δονίδων, κακῷ
κλάζοντες οἴστρῳ καὶ βεβαρβαρωμένῳ

Soph. fragm. 515. Θητῆς φρονεῖν κροκή Θητῆς φρόνιμην

τοντο κατεύδοτας, ubi non opus est Meinekii conjectura Θητῆς φύντες.
Eur. Iph. Aul. 900 seq. οὐκέτι παιδεσθήσομαι γε προσπεσεῖν τὸ σὸν γόνον,
Θητῆς ἐν θεᾶς γεγόντος ubi γεγόντος superscriptum est in apographis Parisinensis.

4. De nominatiis.

Ii nominatiui, qui per appositionem additi sunt, ut totam rem singulae partes aut omnes aut una alia sequantur, nullam offensionem praebent. Hac ratione et Aesch. Pers. 120 seqq. explicandos esse puto καὶ τὸ Κιοσίον πόλιοι | ἀντίδοντον φύεται, | δᾶς δᾶς, | τοῦτος γνωμοπληθῆς ὄμιλος ἀπένων, ubi iam Herm. appositionem statuit et Weil. recte animaduertit egregie haec appositione significari totam iam cinitatem e feminis constare. Huius generis exempla non rara sunt apud tragicos, ut Soph. Ant. 411 seqq. 649 seq. Oed. C. 787 seq. El. 738 seqq. Eur. Hec. 595 seq. 623 seqq. Phoen. 1460 seqq. Herc. f. 73 seq. Eius appositionis, qua toti rei non omnes partes comprehensae respondent, sed una tantum, exempla haec sunt Aesch. Eum. 141 seq. Soph. Phil. 645. Trach. 335. cf. Hom. II. III. 211. — Talem appositionem etiam loco difficillimo statuerim Soph. Oed. r. 1133 seqq. εὐ γάρ οἰδέ δὲν | κέπτοιδεν, ἥμος τὸν Κιθαιρῶνος τόπον | δὲν διπλοῖοι ποιητοῖς, ἔγω δέντι | ἐπλησίοζον τρόδε τάνδροι — Hic uirorum doctorum sententias coniecturasque enumerare longum est¹⁾, quare statim meum iudicium paucis exponam. Equidem mihi persuadere non possum u. 1135 ὁ δὲν διπλοῖοι ποιητοῖς, ἔγω δέντι corruptum esse, immo totum eum e mente nuntiū, qui singula libenter persequitur, dictum esse affirmauerim; namque rem accurate describere uult, quo clarius fiat se memoriam illorum temporum retinere. Maluerim igitur alia ita constituere, ut δὲν δὲν et ἔγω δέ recte apponi possint, et propono ἐπλησίοζον τρόδε τάνδροι. Tum uerbis τάνδροι τάνδροι nuntius δειπτικῶς se ipsum et seruum Iocastae denotat, et comprehenduntur hoe uersu duo uiri, quos antecedens uersus separatos indicauit.

Anacoluthon iis locis statuendum est, quibus participium ad casum sui nominis non accommodatur. Quod si fit in oratione obliqua, ut ab accusatu ad nominativum redeat oratio, alia exempla comparanda sunt, quibus idem transitus observatur.²⁾ Sic legimus Eur. Med. 593 seqq. εὖ νῦν τόδε τοθι, μὴ γνωμός οὔνετα | γῆμαι με λέπτος βασιλέων, ἀ νῦν ἔχω, | δὲλλ, ωσπερ εἶπον καὶ πάρος, οώσαι θίλων. cf. Hom. II. II. 350 seqq.

At grauius est hoc anacoluthon in oratione directa. Cuius generis plurima exempla inueniuntur:

Aesch. Prom. 200 seqq. 567 seqq. Sept. 363 seqq. 563 seqq. 615 seqq. 681 seq.

Pers. 33 seqq. 879 seq. 990 seq. Suppl. 446 seq. 715 seq. 762 seq.

Agam. 1008 seqq. Choeph. 394 seqq. 520 seq. 641 seqq. 1059 seq.

Eum. 95 seqq. 100 seqq. 476 seqq.

1) de hac re uide praetor editores Heimsoeth. studd. crit. I 82.

2) de his locis egi in diss. p. 31 seqq.

Soph. Ant. 259 seqq. Oed. r. 60 seqq. 159 seqq. Oed. C. 1360 seqq. Phil. 547 seqq. 1385.
Eur. Phoen. 283 seqq. 1462 seqq. Or. 591 seqq. Hipp. 22 seqq. Hec. 970 seqq. Andr. 669 seqq.
Iph. T. 695 seqq. 947 seqq. 964 seqq. Bacch. 1131 seqq. Cykl. 330 seqq. Here. f. 185 seqq.
Hel. 288 seqq. fragm. 583.

a) Genitium exspectaueris

Aesch. Prom. 200 seqq. *στάσις τ' ἐν ἀλλήλοισιν ὁροθύετο,*
οἱ μὲν θέλοντες ἐκβαλεῖν ἔδρας Κρόνον,
οἱ Ζεὺς ἀνάσσοι δῆθεν, οἱ δὲ τοῦμπαλιν
σπεύδοντες —.

Cum hoc loco prorsus conueniunt Soph. Ant. 259 seqq. λόγοι δὲν ἀλλήλοισιν ἐρρόθουν κακοί, |
φύλαξ ἑλέγχων φύλακα et Eur. Bacch. 1131 seqq. ἦν δὲ πάσ' ὄμοι βοή, | οἱ μὲν στενάζον — οἱ
δηλαδέσον et Phoen. 1462 seqq. ἦν δέροις στρατηλάταις, | οἱ μὲν πατάξει πρόσθε Πολυνείη δοῦ, |
οἱ δέ —.

Aesch. Sept. 681 seqq. *ἐνδροῖν δ' ὄμαίμουν θάνατος ὥδ' εὐτοκτόρος,*
οὐχ ἔστι γῆρας τούδε τούν μάσματος.

Hie Herm. recte adnotauit poetam nominatiū usum esse quasi dictum θάνατος οὐ γηράσκει,
ac locus eo magis est notandus, quod quae nominatiū indicata antecedunt, iterum proponuntur ge-
nitiuo τοῦδε τούν μάσματος.¹⁾

Suppl. 446 seqq. *καὶ γίλωσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια,*
γένοιτο μέθοι μέθοις ἀν θελτίριοις.

Suppl. 762 seqq. *ὅς καὶ μεταίοιν ἀνοσίων τε κνοδάλων*
ἔχοντες δογάς κοινή φυλάσσεσθαι κράτος — si quidem ἔχοντες cum Wellau-
ero retinemus, quod codices et Robort. praebent quodque defendi posse Herm. quoque concessit.

Agam. 1008 seqq. *καὶ τὸ μὲν πρὸ κομιάτων*
κτησίοιν ὄχρος βαλών οφενδόνας ἀπ' εὐμέτρον,
οὐκ ἔδυ προπας δόμος πημονᾶς γέμων ἄγαν,
οὐδὲ ἐπόντισε οκάρος. Hie nominatiū ὄχρος βαλών proxima si spe-
tueris quae sequuntur, pro genitiū positum esse intelleges, uel potius haec proxima ita esse mutata
constructione, ut anacoluthon exsisteret, nam in postremis uerbis οὐδὲ ἐπόντισε οκάρος poeta ad
illam constructionem redit, quam initio instituerat. cf. Herm. et Schneidew. adnotaciones.

Choeph. 394 seqq. *καὶ πότ' ἀν ἐμφιθαλής*
Ζεὺς ἐπὶ κεῖσα βάλοι;
γενὲν φεν, κάρανα δαίξας,
πιστὰ γένοιτο κώρας.

Herm. et Dindorf. signo interrogationis post δαίξας posito hoc participium ad antecedentia
retulerunt, sed haec coniungi non posse appareat. Quis enim talem sententiam probaret: Iouem
manum admouere, postquam capita diffiderit? Praeterea in uerbis πιστὰ γένοιτο κώρα nexus sen-
tentiae desideraretur. Ceterum quod Weil., qui et ipse illam interpretationem respuit, δαίξαι coniecit,
ut δαίξαι κάρανα πιστά idem sit atque ὄχρις πιστὰ ταπεῖν, ipse hoc genus dicendi audax esse
concedit neque usum uerbi comprobare potest.

Choeph. 520 seqq. *τὰ πάντα γάρ τις ἐκχέας ἀνθ' αἴματος*
ἐνὸς, μάτην δὲ μόχθος.

Choeph. 641 seqq. *τὸ μὴ θέμας [γάρ οὐ]*
λόξ πέδου πατούμενον
τὸ πᾶν λιός σέβας παρενθάντες σὺ θεμιστῶς.

1) de hoc loco egit Wentzel. progr. p. 28. cf. eundem p. 33 de Hom. II. XVII 489 disputantem.

Herm. cum Stanleio et Musgrauio dedit παρενθάντος, Franzius πατονιένας et παρενθάντες, nominatiuum retinuerunt Wellauer. et Dindorf. Mili quidem Heimsoethii sententia probatur, qui τὸ τῷ Θέμισ relative sensu accepit ἡ μὴ Θέμισ ἐστὶ πατεῖν, ad πατούμενον autem supplet ἐστι.¹⁾ Chorus dixit παρενθάντες, quasi in antecedentibus personas eas, quae ius violauerint, nominauerit, unde elucet eum, quamquam antea in uniuersum sit locutus, tamen de certis quibusdam nefariis cogitauisse.

Eum. 95 seqq. ἔγω δένφ' ὑμῶν ὁδὸς ἀπητιμασμένη
ἄλλοισιν ἐν νεκροῖσιν, ὃν μὲν ἔκτεινον
ὄντεδος ἐν φθειροῖσιν οὐκ ἐκλείπεται,
αἰσχρῶς δέλασμα.

Hic locus similis est Agam. 1008 seq., quia oratio initio coniunctionem cum participio respuens fūm recta fit.

Eum. 100 seqq. παθοῦσα δ' οὕτῳ δεινὰ πρὸς τὸν φιλτάτων,
οὐδεὶς ἐπέρι μονὸν δαμόνιον μητίεται,
κατασφαγεῖσης πρὸς χερῶν μητροκτόνον.

Eum. 476 seqq. αὐτοὶ δέχονται μοῖραν οὐκ εἰπέμπειον,
καὶ μὴ τυχοῦσσι πρόγματος νικηφόρον,
χώρῃ μετεῦθις ἵσταις ἐν φρονημάτων
πέδοι πεσὼν ἄφετος αἰσθῆς νόσος.

Hic pro Turnebi conjectura χωροῖς εὐθὺς Wellauer. restituit χώρᾳ μετεῦθις, ceterum iam scholiasta anacluthon agnouit.

Soph. Oed. r. 60 seq. νοσεῖτε πάντες, καὶ νοσοῦντες, ὡς ἔγω
οὐκ ἔστιν ὑμῶν δόσις ἐξ ἶσου νοσεῖ.

Hie non offenderemur, si enuntiato primario per simplicem appositionem additum esset οὐδεὶς νοσῶν ὡς ἔγω, cum uero in altero membro πάντες repeatatur uoce δημῶν, lex grammatica postulat, ut participium cum hoc genitivo consentiat.²⁾

Eur. Phoen. 283 seqq. μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπον κλεινὸς γόνος

ἐν τῷδε ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν.

Iph. Taur. 695 seqq. σωθεῖς δὲ παῖδες ἐξ ἐμῆς δύοσπόρουν
κτησάμενος, ἦν ἔδωκά σοι δάμαστ' ἵζειν,
ὄνομά τέμου γένοιτ' ἄν — —

b) Pro tertio casu nominatiuum positus est.

Aesch. Sept. 363 seqq. δμωίδες δὲ καινοτήμονες γέναι,
τλῆμον αἷσιν αἰχμάλωτον
ἐνδρὸς εὐτυχοῦντος, ὡς
δυνάμενος ὑπερτέρον,
ἴλπις ἔστιν νόκτερον τέλος μολεῖν, — —

Ex uno codice Par. B. Faehsius datiuum attulit δμωίδεσι δὲ καινοτημόνεσι γέναις τλῆμοντοι. Pro librorum scriptura τλῆμοντος εὐνάν ex Hermanni conjectura legitur τλῆμον (uel τλῆμον) αἷσιν.

1) in libro suo qui inscribitur: Die Wiederh. d. Dr. des Aesch. p. 249. 347. 425.

2) De hoc loco egit Bernhard. synt. gr. p. 421. Nauck. contulit Plat. Phileb. p. 19. B. μὴ δυνάμενοι τοῦτο δρᾶν — οὐδεὶς εἰς οὐδενὸς οὐδενὸς ἄν ἡμῖν οὐδέποτε γένοιτο ἄξιος.

Pers. 990 seqq. ἵνγά μοι δῆτ'
ἀγαθῶν ἔτάρων ὑπομημέσους,
ἄλαστ' ἄλαστα στυγνὰ πρόσκακα λέγων.
βοζ̄ βοζ̄ μοι μελέων ἔντοσθεν γέτο.

Hermannus putauit ἄλαστ' ἄλαστα στυγνὰ πρόσκακα λέγων ne per se ipsa quidem de choro apte dici, nedum cum modo de Xerxe dictum sit κάκα πρόσκακα λέγεις u. 986, itaque ante ἄλαστ' plene distinxit et ea quae sequuntur inter se coniunxit. Uoluit enim λέγων positum esse pro λέγοτι μοι collato Soph. Oed. r. 158. Huius sententiam comprobo, cum praesertim in iis locutionibus, quae eum datino pronominis personalis sunt composita et cogitando uerbis personalibus facillime permutari possunt, ut δοξεῖ μοι pro δοκῷ alia, haec anacoluthia minus offendit ut Soph. Phil. 547 seqq.

Sept. 563 seqq. ἴσνεῖται λόγος διὰ στηθών,
καὶ τριχὸς ὄφθιος πλόκαμος ἵσταται,
μεγάλα μεγαληγόρων κλέονος
ἄνοσίων ἐνδρῶν

Hic eum aut datium aut genitium constructio grammatica admittat, Hermannus pro librorum scriptura κλέον uel κλέοντος datium dedit, Wellauer, accusativum κλέονας scripsit. Tum conferendus esset Choeph. 410. At Heimsoeth. et Weil. κλέοντος recte defenderunt, quia quae antecedunt umerba eandem significationem habent ac τρέμω. Sie hic locus ad similitudinem antecedentis proxime accedit. Neque minus ea ratio placet, qua in u. antistrophico 628 apud Weil. legitur δοξίτορα καὶ ἐκτρέποντες εἰς ἐπιμόδους.

Soph. Oed. r. 159 seqq. πρῶτά σε κεκλόμενος, θύγετε Λιός, ἀμβροτ' Ἀθάνα,
γαμαζόν τ' ἀδελφεάν
Ἄρτεμιν — — —
καὶ Φοῖβον ἐκεβόλοι, ἵω
τρισσοὶ ἀλεξιμοδοτοι προσφάντε μοι

Hie chorus orditur, quasi ipse subiectum foret insequentis sententiae, longiore autem deorum inuocatione interiecta directe ut ita dieam deos compellans datium intulit προσφάντε μοι. Ac profecto nominatiuus participii nostro loco ita se habet, ut datius, qui in nonnullis codicibus et in Aldina legitur, ne placeret quidem. Neque uero Matthiaeo quisquam adsentietur, qui gr. gr. § 132, 5 et § 556 not. 2. participium ad praecedens umerbum ἐκτέταμαι retulit.

Oed. C. 1360 seq. οὐ κλαντὸς δὲ ξοτίν, ἀλλ᾽ ἔμοι μὲν οἰστέα
τάδ, ὥσπερ ἐν ζῷ, οὐδὲ φονέως μεμνημένος.

Dindorf nulla iusta causa μεμνημένον scripsit. Nam participium sententia quidem ad οἰστέα ἔμοι refertur, sed constructione ad enuntiatum secundarium se accommodauit.

Phil. 547 seqq. πλέων γὰρ ὡς ταύτηνος οὐ πολλῷ στόλῳ

— — — — —
ἔδοξέ μοι — —
τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι, προστυχόντι τῶν λοιων.

Phil. 1385 Philoctetae interroganti λέγεις δὲ Ἀτρεΐδαις ὅφελος η̄ π'έμοι τάδε; Neoptolemus respondet οοί πον, φίλος γ' ὁν, χῶ λόγος τούσδε μον. Hermannus Brunckii interpretationem secutus λέγω suppleuit et post οοί πον plenius distingui uoluit: οοί πον (sc. λέγω ὅφελος) φίλος γ'ον. At iam Geisler. diss. p. 46 seq. et Wentzel progr. p. 36 recte obseruauerunt illo umerbo suppleto hiulcum additamentum inesse in χῶ λόγος τούσδε μον, neque est eur hanc satis elegantem sententiam reiciamus: cum certe tibi amicus sim (id pro certo haberí uult Neoptolemus particula γε addita), talis enim oratio mea est.

Eur. Cykl. 330 seq. δοράῖσι Θηρῶν σῶμα περιβαλλὼν ἔμὸν
ικὰ πῦρ ἀναίθων, χιόνος οὐδέν μοι μέλει.

Orest. 591 seqq. Ἀπόλλων ὃς μεσομφάλους Ἐδρας
ναίων βροτοῖσι οτόμα νέμει οσφέστατον,
φὲ πειθόμεσθα πάνθ' ὅσ' ἂν κείνος λέγῃ,
τούτῳ πιθόμενος τὴν τερούναν ἔκτανον.

cf. Xen. Hell. VII 5, 18, ubi scriptor uerbis δὲ Ἐπαιμεινόντας ἐνθυμούμενος per particulam
οὐδὲ tot uaria membra adnexuit, ut postremo illius initio oblitus apodosin sic formauerit: ὥστε οὐκ
ἔδοκει αὐτῷ — —.

c) Pro accusativo nominatiuus positus est.

Aesch. Prom. 567 seqq. χοῖει τις αὐτὸς με τὸν τάλαιναν οἰστρος,
εἴδωλον Ἀργον γῆγενος, ἀλεῦ δᾶ,
τὸν μωμωπὸν εἰσοφῶσα βούταν.

uox φοβοῦμαι, quam praeter Uind. 2. 4. omnes libri habent, sine dubio eicienda est. cf. Hermanni
adnotationem.

Sept. 615 seq. δοξῶ μὲν οὐρε μηδὲ προσβαλεῖν πόλαις,
οὐχ ὡς ἄθυμος οὐδὲ λήματος κάτη,
ἄλλοι οἰδεν — —

Hic Dindorf. Turnebi scripturam ἄθυμον recepit, sed nominatiuus cum aliis editoribus eo
magis retinendus esse mihi uidetur, quod postea oratio in formam directam reddit.

Pers. 33 seqq. ἄλλοις δὲ μέγες καὶ πολυθρέμποι
Νεῖλος ἐπειμφεν. Σονοιοζάνης,
Πηγασταγὸν Αἰγυπτογενῆς,
δὲ τε τῆς ἱερᾶς Μέμφιδος ἄρχοντ — —

Pers. 879 seq. νᾶσοι θ' αἱ κατὰ πρῶν' ἄλιον περίκλυνοτοι,
τᾶδε γὰρ προσήμενα —

Hic nominatiuui ad ea quae sequuntur u. 889 καὶ τὰς ἀγχιάλους ἐκράτυνε μεσάκτους referendi
sunt, nisi cum Hermanno relatuio enuntiato uoce οἶται incipienti u. 871 post πίγον finem imponere
mauis. Tum enim τοῦδε ἀνατρος ἄτοις apodosis esset et haec uerba ad nostros nominatiuos quoque
possent suppleri.

Suppl. 715 seqq. post breuem sententiam interiectam εὔσημον γέροντος οὐ με λανθάνει: sequuntur
nominatiuui οτολμοί τε λαίφους καὶ περαφόσεις νεώς, καὶ πρώρος πρόσοδεν δηματι βλέπονος
δόδον — —, quamquam et haec ad δῶρο u. 713 referenda sunt.

Choeph. 1059 seq. Λοξίου δὲ προσθήτων
ἴλεύθερον σε τῶνδε πημάτων κτίσει

Auratus Λοξίας proposuit, Ritschel. sched. crit. p. 25. πτίσεις. Contra Herm. Wellauer. Weil.
traditam scripturam seruauerunt. Sie anacoluthon exsistit mutato subiecto ut u. 789 seq. ἐπει τιν
μέγαν ἄροει διδυμα καὶ τριπλά πελμάτων θέλων ἀμείψει, ubi participii ἄροει subiectum Ζεύς,
uerbi ἀμείψει subiectum Ορέστης cogitandum est.¹⁾ Eadem mutatione subiecti explicandi sunt hi
tres loci:

Eur. Androm. 669 seqq. εἰ σὸν παῖδα οἴρη
δούσι τῷ πολιτῶν, εἰτ' ἐπασχε τοιάδε,
οὐγῇ κάθησ' ἄγε;

1) ad utrumque locum cf. Weil. et Heimsoeth. Wiederh. d. Dr. d. Aesch. p. 425 seqq.

Herc. f. 185 seq. *Λιόφνυ δέρωτάν, ή σ' ἔθρεψ', Αβαντίδα,*
οὐκ ἂν οὐκέπανεσειεν.

Hel. 288 seq. *κλήθροις ἀν εἰργοίμεσθα, τὴν δὲ Ἰλίῳ*
δοξοῦντες Ἐλένην Μενέλεω μὲλιθεῖν μέτα.

Hos tres locos qui et inter se et cum duobus supra propositis comparauerit, fortasse non iam interpolationem statuet, ut fecit Hirzelius ad Andr. 669 seqq. adsentiente Dindorfio, neque ad coniecturam configiet, ut Hartung, ad Herc. f. 185 seq. et Kirchhoff ad Hel. 288 seq., sed in tradita scriptura acquiescat.

Hipp. 22 seq. *τὰ πολλὰ δὲ*

πάλαι προζόπασ', οὐ πόνον πολλοῦ με δεῖ.

Hee. 970 seqq. *ὅτῳ γὰρ ὄφθην εὐτυχοῦσ', αἰδώς μὲν ἔχει,*
ἐν τῷδε πότιφε τυγχάνονσ' — —

Dindorf. 970—972 eiecit, Kirchhoff. transpositis un. 970. 971. anacoluthiam remouit; neutra mutatione opus est.

Iph. Taur. 947 seq. *ἴλιθων δὲ ἐκεῖσε, πρῶτα μέρη μὲν οὐδεῖς ξένων*
ἐκὸν ἐξέξαθ', ὡς θεοῖς στυγούμενον.

Pronomen addidit Barnesius, *ἴλιθότα* superscriptum est in C.

Simillimus locus paulo infra legitur un. 964 seq.

εἰπὼν δὲ ἐκούσας θ' αἴματος μητρὸς πέρι,
Φοῖβός μὲν ἔσωσε μαρτυρῶν — —

Ii qui participia ad Apollinem retulerunt, non recte statuisse mihi uidentur, nam dicere et audire in causa est rei uel patroni, deus autem neque has neque illas partes egit, sed testis exstitit in causa Orestis, id quod ipso nostro loco poeta disertis uerbis dicit consentiens cum Aesch. Eum. 576. Conferenda est Klotzii adnotatio, cui hoc unum adiecerim uerba *αἴματος μητρὸς πέρι* aptius, si Orestem subiectum cogitamus quam si Apollinem, cum participiis coniungi.

fragm. 583. *Λάιε, πάλαι δῆ οὐέξερωτῆσαι θέλοι*
οχολή μὲν ἀπεῖργε.

Extant praeterea multi loci, quibus nominatiuus participii absolute positus esse uidetur, immo uero ellipse uerbi *εἶναι* statuenda est.

Cum enim non actio quaedam temporis momento perfecta, sed condicio quae duret et aliquantum temporis expletat, indicanda est, Gracci circumlocutione uti solent et participium cum uerbo substantiuo coniungunt. Quod cum saepe omittatur, participium solum positum haud paucis locis speciem anomaliae prae se fert, ut Soph. Oed. r. 499 seq. *ἄλλ' δὲ μὲν οὖν Ζεὺς οὐ τὸν Απόλλωνα συνετοὶ καὶ τὰ*
τῶν βροτῶν εἰδότες.

Cum hoc loco non omni ex parte conuenit Oed. r. 1061 *ἄλις νοσοῦσ' ἔγω.* uerbum quidecum auxiliare omissum, tamen simplex circumlocutio participii statuenda non est, sed potius *ἄλις εἶμι* eodem modo dicitur quo *δίκαιος εἶμι, ἐναντίος εἶμι* similia cf. Aiac. 76. Ant. 547. Oed. C. 498.1)

Deinde ea participia quae post particulas *εἰ*, *ἐπει* similes inueniuntur, loco uerbi finiti posita esse uidentur, sed quaeritur num potius et in his exemplis uerbum *εἶναι* omissum sit. Ac statim hinc unum locum segregamus, quo participium post particulam *εἰποθι* occurrit Soph. Aiac. 880 seqq. *τίς ἂν δῆτά μοι — — τὸν φιλόθυμον εἰποθι πλαζόμενον λεύσσων ἀπνίοι;* Hic Tric. et

1) cf. Herm. ad Vig. p. 776. Wentzel. progr. p. 14.

Brunck, participio offensi interpolauerunt, at Hermannus docuit *εἰποθι* nil esse nisi 'alicubi', ut *εἰποτε* ut latinum 'siquando' pro aliquando positum sit.¹⁾

In uniuersum statuendum erit participium praesentis et perfecti, cum ad notionem adiectivi proxime accedant, cum uerbo substantiuo coniungi posse, quod si omissum est suppleas. Aoristi autem participium si in enuntiato secundario occurrit, num eadem ratione explicari possit, niri docti dubitauerunt. At tamen sat multis locis hic usus probari uidetur, ut Soph. Oed. r. 90 προδείσας εἴη. 970 Θεοὺν εἴη 1146 οὐστήσας ἔστι Oed. C. 816 ἀντηθεῖς ἔστι Aut. 1067. ἀντιδότης ἔστι. Talibus exemplis nitus Hermannus statuit omnino omne participium omissu uerbo substantiuo cum εἰ coniungi, si quidem 'non facere quis aliquid, sed esse talis qui faciat dicatur'.²⁾ Sic Aesch. Ag. 422 seqq. μάτει γάρ, εὖτ' ὅτι ἐσθλά τις δοκῶτ, παραλλάξασα διὰ χρῶν βέβακεν ὅψις aut ex antecedentibus uerbum finitum ad δοκῶν suppleri potest χαίρῃ uel simile quid, aut simplex copula cogitando addi potest *ἡ*.³⁾

Restat ut quid mihi de participiis παρόν, ἔστι similibus statuendum uideatur, paucis exponam. Longum est omnium uirorum doctorum sententias examinare, quare hoc tantum dicam alios in his participiis accusatiuum agnouisse, ab aliis ea nominatiuiis absolutis adscribi.⁴⁾ Hanc posteriorem sententiam ea exempla mihi probant, in quibus illa participia cum nominatiuiis participiorum uerborum personalium pari potestate coniuncta innueniuntur, ut Xen. Mem. II 2, 5 οὐτε προπεπονθυῖα οὐδὲν ἀγαθὸν (sc. ἐπιμελεῖται), οὐτε γιγνόσκον τὸ βρέφος — οὐδὲ σημαίνει δυνάμενον —. Oec. 20, 10 ὅμως δὲ καὶ ἀκριβοῦντες, ὡς γίγνεται, καὶ δέδιον ὅτι πολλὴν ποιεῖν, οἱ μὲν — ἐπιμελοῦνται — δέοι — παραμελοῦνται. Atque teneamus memoria, quot locis supra propositis nominatiuum pro genitiuo absoluto positum innuenerimus. Sed iam ad singula exempla consideranda uertamus; quae si accuratius perlustrauerimus, apparebit non omnia eadem ratione esse explicanda: aut enim sunt talia, ut uerbo personali posito genitiuus ille absolutus locum haberet, aut ita comparata, ut participium nihil sit nisi appositiu enuntiati primarii, ideoque prout genus uerbi finiti postulauerit, aut nominatiuum aut accusatiuum statuamus sit necesse. Notum est — et iam obiter huius rei mentionem feci, cum de accusatiuiis participiorum exponerem — saepe ad totum enuntiatum appositionem accedere, quae si ad uerbum actiuum refertur, id indicat quod antecedente actione efficitur, aut hanc actionem accuratius describit, contra si uerbum neutrum praecedit, condicionem quae in enuntiato continetur pluribus expieat. Itaque uerbo actiuo in appositione accusatiuus respondebit, uerbo neutro nominatiuus; illum casum uerbo efficiendi, hunc uerbo substantiuo cum enuntiato coniunctum cogitabimus. Et haec appositiu aut antecedit aut sequitur enuntiatum aut inserta est. Sic accusatiuum appositionis innuenimus Soph. Oed. r. 603 seq. καὶ τὸν ἔλεγχον τοῦτο μὲν Πεθώδιον | πνθόν τὰ χοησθέντα, εἰ οὐρῶς ἥγειδα σοι.

Aiac. 558 seq. νέαν ψυχὴν ἀτάλλων, μητρὶ τῆδε χερμονήρ.

Eur. Or. 842 οφάγοις ἔθετο ματέρα, πατρόφων παθέων ἀμοιβάν.

Or. 1105 Ἐλένην πτάνωμεν, Μενίλεω λόπην πικάν.

1) cf. Soph. Phil. 1204 et ea exempla quae Lobeck. ad h. l. collegit.

2) in adnotatione ad Aesch. Ag. 404.

3) cf. Matth. gr. gr. § 556 not. 2. Wentzel. progr. p. 14 seqq.

4) Copiam auctorum utriusque sententiae effuūt Geisler. diss. p. 34. Hic sufficiat hos nominauisse: accusatiuum statuerunt Matth. § 564. Buttm. § 145 not. 10. Kuehn. § 670. Krueg. § 56, 9, 5. Curt. § 586. Koch. § 124, 5 — nominatiuum statuerunt Herm. ad Vig. p. 769 et 883. Bernh. synt. gr. p. 471. Thiersch. § 276. Wannowsk. l. c. praeft. p. 9. Haas. in nouis ann. Iahn. XIII p. 176 seqq. Wentzel. progr.

Phoen. 1219 seq. τὸ παῖδε τὸ οὐ μέλλετον, τολμήματα | αἰσχιστα, χωρὶς μονομεχεῖν παντὸς στρατοῦ. Hec. 1168 seq. τὸ λοισθιον δὲ, πῆμα πίηματος πλέον, ἔξειγαστο δεῖν — Bacch. 28 seqq. Σεμέλην δὲ νυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινος | ἐς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέζους, | Κάδμον σοριόμασθ' — 248 seqq. ἀτέρο τούτῳ ἄλλο θαύμα, τὸν τερασσόπον | ἐν ποικίλαισι τεβρίσιος Τευφείσαν δρῶ, | πατέρα τε μητρός τῆς ἑμῆς, πολὺν γέλων, | νέοθημι βασκεύοντ' — 1232 λεύσσων γὰρ αὐτὴν, δψιν οὐκ ενδαιμόνα, ubi Seeliger αὐτῆς pro αὐτῆς restituit. Iph. Aul. 233 seq. τὰν γνωσκεῖσιν δψιν δημάτων | δις πλήσαιμι, μείλινον ἀδονάρ. 831 seq. δεξίαν τ' ἑμῆ γερὶ | ξένων, ἔργην μικασίον νυμφευμάτων.

Eadem ratione explicari possunt Eur. Hipp. 786 seq. δρθώσατ' ἐκτείναντες ἀθλιον νέκυν, | πικρὸν τόδ' οὐκούνημα δεσπόταις ἱμοῖς. Contra huc non refero Soph. El. 448 seqq. Eur. Or. 1487 seq. 1610 seq., quibus locis accusativum ut obiectum cum uerbo coniungere malo.

Nominativus appositionis inuenitur Eur. Troad. 489 seq. τὸ λοισθιον δὲ θρηγὸς ἀθλιον κακῶν | δουλὴ γνὴ γραῦς Ἐλλάδ' εἰσαριξομai.

Heraclid. 71 seq. βιαζόμεσθα καὶ στέρη μιαίνεται | πόλει τ' ὄνειδος καὶ θεῶν ἀτιμία. Hel. 985 seqq. κεισόμεσθα δὲ | νεκρῷ δύ' ἔξῆς τῷδ' ἐπὶ ξεστῷ τάφῳ, | ἀθάνατον ἄλγος σοὶ, ψύγος δὲ σῷ περὶ. Sic et Aesch. Ag. 225 seq. nominativum ἀρογά praeulerim: ἔτλα δ' οὐν | θντὴρ γενέοθαι θυγατρὸς, γνωκοποίων πολέμων ἀρωγὰν | καὶ προτέλεια ναῶν, quamquam accusativus defendi potest, si quidem appositionem non tam ad locutionem ἔτλα θντὴρ γενέθαι quam ad uerbum ἔτλα referimus. Nec dubius est nominativus Soph. Aiac. 1206 seqq. κείμαι δ' ἀμέριμνος οὔτως | δεὶ πνιναῖς δρόσοις | τεγγόμενος κόμας, | λυγρᾶς μήματα Τροίας.

Ad analogiam igitur horum exemplorum explicanda omnino quattuor participia uerborum impersonalium inueni et de iis unum, in quo nominativum appositionis agnoscet Eur. Hec. 119 seqq.

δέξα δ' ἔχωρει δίχ' ἀν' Ἐλλήνων
στρατὸν αλκιμῆτην, τοῖς μὲν διδόναι
τέμπῳ οφάγιον, τοῖς δ' οὐχὶ δοκοῦν.

Reliqua tria exempla accusativum appositionis praebent:

Soph. Ant. 44 ἡ γέρο νοεῖς θάπτειν οφ' ἀπόρρητον πόλει; ubi ἀπόρρητον neutro genere intellegendum atque ὅν subaudiendum est. Neque enim dubium est, quin ἀπόρρητον sententia aptius ad θάπτειν referatur quam ad οφε, neque quisquam omisso participio offendetur, quod saepe deest, praesertim cum ad adiectiva uerbalia quae dicuntur accedere debet.¹⁾

Eur. Hec. 505 seq. ὃ φίλτατ', ἀρα κάμ' ἐπισφάξαι τάφῳ
δοκοῦν Ἀχαιοῖς ἥλθες;

Ion. 661 Ἰωρα δ' δυομάζω σε, τῇ τύχῃ πρέπον.

Omnis alii loci tales sunt, ut uerbo personali posito genitiuus absolutus occurret. Ita inuenitur

παρόν Soph. Phil. 1099 seq. fragm. 148. Eur. Ale. 284. Med. 448. Phoen. 520. Suppl. 315. 723. Heracl. 177. 506. Iph. T. 1088. fragm. 193. 247. 792.

ἴξον Aesch. Prom. 648. Soph. El. 365. Eur. Ale. 887. Med. 372. Hipp. 1317. Andr. 522. Heracl. 7. Here. f. 938. Hel. 1159. Iph. T. 688. Fragm. 362, 18.

δοκῆσσαν Eur. Suppl. 129. Heracl. 186.

προσῆνον Eur. Ion. 434.

καλῶς ἥζον Eur. Ale. 291.

εἰρημένον Aesch. Ag. 1619.

1) cf. Matth. § 568, 5 not. et Geisler. diss. p. 37 seqq.